



## PARS II.

DE

### INSTRUMENTO HERME- NEUTICO EIVSQUE LEGI- TIMO VSV.

#### CAP: I.

*De libris N. T. eorumque αὐθεντία, in-  
tegritate, distinctionibus etc.*

I.

**L**ibros N. T. auctores habere eos, quorum nomina praeferunt, de plerisque ita consentientis antiquitatis auctoritate traditum tenemus, ut de nullius alius libri antiqui auctore certius constet. Nec habent, quod iustam suspicionem faciat, alia, quam qua creduntur, aetate, aut ab aliis, aut saltem non θεοπνεύστοις hominibus scriptos esse.

2. Nam quod de quibusdam ab initio dubitatum est, ea dubitatio vel non pertinuit ad θεοπνευσίαν, ut in Epistola ad Hebraeos, vel paucorum, nec satis cognita causa iudicantium fuit.

3. Nec vero, aut haereticorum veterum, libros eos Apostolis abiudicantium, contra valet cri-

cri-